

36  
1732 30

DECAS  
**D E S I D E R I O -**  
**R V M I V R I -**  
**D I C O R V M**

QVARTA

QVAM  
*P R A E S I D E*

**I O . F R I D E R . W E R N H E R O , D .**

PANDECT. PROF. PVBL. CVR. PROVINC. ET SCABINAT.  
NEC NON FACVLT. IVRID. ASSESS.  
SVBST.

IN AVDITORIO ICTORVM

*Prid. ID. APRIL. 1732. XXXII.*

PUBLICE VENTILANDAM PROPONET

**CHRISTIAN ADAM BIRCKHOLTZ**  
HOLZDORFFA-SAXO.

---

VITEMBERGAE  
LITERIS SCHLOMACHIANIS.

BRIGA  
EST DURIO  
MUNICIPI  
DUCORVM  
CIVICVM  
TOLLEBVRG  
IN AVALONOM TOTOM  
CHRISTIVI DEDAM BRIGATORI



### DESID. I.

**D**uela sub asperissima poena, nec non infamia perpetua ab omnibus honoribus exclusione, etc. ubi vis, et in primis extra Saxoniam Electoralem, in qua summa Potentissimi Legislatoris providentia hoc malum penitus fere extirpatum, prohiberi, serio optandum. Suasores etiam, nuncii etc. gravissime coercendi.

*Ratio 1.* Nihil rationis sanae magis repugnat, quam duellum. Primo injuria quis afficitur, deinde hujus nlciscendae causa provocat ad anceps duellum, nescius, quem Victoria maneat. Succumbit postea. Gloriosa vindicta !

2. Inventum hoc debetur barbaris temporibus, & gentibus, quæ justitiam causæ ita explorari posse putabant, idque iudicium div. vocabant, vid. B. JANI *Diss. de duell. Orig. & progr.* Sed pudeat Christianos, meliora edoctos, ex putidis Majorum ethnicorum fontibus talia haurire.
3. Non tantum turpissime in generales de vindicta prohibiciones div. et ipsam toties repetitam orationem dominicam, peccatur, sed etiam gravissime DEVS per tale judicium divinum tentatur, contra *Matth. IV, 7. οὐκ ἵππεαστες Κύριον Θεόν σα.* In mortali ergo peccato

cato procul dubio constituti duellantes in tartara præcipites ruunt. Sed quid magis temerarium, quam levissimæ injuriæ vindicandæ gratia, quam contemnere præstaret, æterno exitio se exponere?

4.) Quam gravia DEVS in sacris literis integris regnis ob debita sanguinis minetur, ipsi quoque Principes Legislatores meminisse debent.

5.) Interest etiam Reipublicae, duella seuere prohiberi, cum iis plerumque præcipua ejus membra, quibus aliquando nec Respublica sine damno carere potest, perire soleant.

6.) Quia duellantes putant, famam ita vindicandam esse, nulla aequior poena, quam summa infamia, in solam provocationem statui potest.

### DESID. II.

Maximi circa stipendia occurrentis abusus vitandi gratia, et quo intentio fundatorum sancte custodiatur, optandum, ne quis, nisi cuius indigentia, industria et morum probitas satis explorata, ad haec percipienda admittatur.

*Ratio* force satis est manifesta, dum quandoque ditiores pauperibus, improbi, inculti, ac negligentes, probis et industriis praferuntur.

### DESID. III.

Mores etiam nonnullorum locorum valde laudabiles sunt, & digni, qui ubivis recipiantur, ubi nemini stipendum confertur, nisi datis fidejussoribus caverit, de pecunia bene collocanda, atque, si huic promisso eventus non responderit, cum usuris restituenda.

*Ratio* est in promptu. Ita & ipsi beneficiarii & eorum fidejussores vigilare coguntur.

### DESID.

#### DESID. IV.

Ne quoque stipendiis donati ad alios mores de-labantur, consultum videtur, statui, ut, quisquis expectantium Stipendiatum dissolutæ, aut turpis vitæ convicerit, vel quod se indignum gesserit stipendio, in illius locum sufficiatur, indigno penitus excluso.

*Ratio* et hic sponte cuivis patet. Ita, dum pro conservando stipendio laborat beneficiatus, non nisi honesta, proba, & industria acentia, meditari cogitur.

#### DESID. V.

Laudandus & imitandus mos est cujusdam Principis, qui vestimentorum luxum hoc solo mirifice coerter, quod luxuriosis longe majora consuetis onera imponat, & si neque id eos in officio contineat, tributa quotannis augeat. Ita fit, ut omnes cives cultu modesto utantur, et sollicite admodum caveant, ne modum præscriptum excedant.

*Ratio* utilitatis palam se prodit. 1. Ingens pecuniae vis in terris conservatur. Plerumque enim luxuriae instrumenta ab extraneis pertuntur.

2. Vulgus ita coeretur, ne, dum proceres imitatur, hos distinctionis ergo, propemodum subinde de novis cogitare, compellat, atque ita nec modus nec finis sit. Quod in feminis haud infrequens esse solet, dum longe inferiores cultum sua forte maiorem affectare consueverant.

#### DESID. VI.

Pro conjugi defensionis ergo testimonium perhibere, conjugi permittitur. Sed istud, puto, nequam admittendum.

- Ratio 1.* Manifestum est, nullam rem proprius tangere uxores, quam infamiam mariti. Cum eo simul & ipsa spoliantur honoribus, alimentis, aliisque commodis,
2. Plerumque & sepius delicti sunt non tantum conscientia, sed etiam quandoque auctores.
  3. Blanditias maritales, levitatemque a jure in foemini praesumtam, multum habere ad peierandum penderis, res ipsa loquitur.
  4. Certe gravi perjurii suspicione liberari tale testimoniūm non potest. At in moralibus sententia tutior sequenda.

### DESID. VII.

Cautelis juris si quem ad proximum decipiendum usum esse appareat, graviorem poenam irrogari convenit, idque judices non oblevare, dolendum.

- Ratio 1.* Cautelis quidem pro iure suo legitime tuendo uti, innoxium est, neque propterea juste convitium juris prudentiae dixeris. Sed evidens improbitatis nota est, res suas cautelis instruere, alterius decipiendi causa. Et Judex ad haec connivens, atque credens, impune id ferre impostorem debere, quod alterum jure suffragante decepitur, ejusdem criminis sit reus, dum non meminit, Judicis esse, per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellere, denique in omnibus usum ab abuso separandum.
2. Insigne absurditatis gravissimae argumentum foret, si judex ita ratiocinaretur. Jus hanc cautelam suggerit, ergo eadem serenda est, sive male, sive bene, alter illa sit usus. Jcti enim est, leges ad facta non crude, sed mediante ratione, applicare, & perpendere, num ex mente Legislatoris lex ad istud factum quadret, quod si non fieri deprehendit, et nihilo-

nihilominus legem sequitur, juris imprudens potius,  
quam prudens, vocari meretur.

*Exemplum.* Prudenti exemplo praeivit VEPIANVS, qui  
non crude Leges, fœminis beneficium SCti Velle-  
jani concedentes, secutus est, sed tunc demum isti  
beneficio locum tribuit, si non callide versatae, ex  
presumta voluntate legislatoris, non decipientibus,  
sed deceptis, consultum hoc beneficio cupientis.  
*l. 2. ff. ad SCtum Vellej.* Alia exempla in LL. Romanis  
plurima occurunt.

### DESID. VIII.

Defensores quandoque in defensionibus utuntur  
invocatione sanctissimi divini Nominis pro innocentia rei. Varias contestationes per DEVM, propriamque conscientiam, intermiscent. &c. Hos omnes  
graviter coercent, justum foret.

*Ratio.* Sæpe tam clarum est delictum, ut non possit  
non Defensor ex actis convictus esse de criminis  
commisso. Nihilominus ille ad DEVM provocat,  
eoque ipso turpiter hoc Sacrofæcto Nomine abutitur. Quod ne fiat, omnes providere, par est.

### DESID. IX.

Cultum externum nimis inter nostrarates remis-  
sum esse, templorum ornatus loquitur. At, hoc-  
fieri, serio dolendum.

*Ratio.* Quamvis enim haec fidem ipsam non ingredi-  
antur, certe tamen quendam contemptum ex hoc ne-  
glectu in ipsam religionem in animis nonnullorum  
generari, persuasum habeo.

2. DEVS, externum hunc ornatum sibi non displi-  
cere,

cere, manifesto tabernaculi & templi Hierosolymitanii exemplo, testatum reddidit.

3. Omnia sacrarum literarum vestigia doceant, damnari in cultu divino parsimoniam.

#### DESID. X.

Graviorem aliis poenam famulis furibus dictari, par est.

Ratio in aprico posita est, quoniam in his fides singularis requiritur, dominus sibi ab iis, uti aliis furibus, caverre nequit, sed plurima eorum fidei concedere invitus cogitur.



Wittenberg, Diss.) 1732

VD 18

ULB Halle  
004 574 621


3



Inv. Nr. 707 Schriftenkatalog 1732



B.I.G.



DECAS  
DESIDERIO-  
RVM IVRI-  
DICORVM  
QVARTA  
QVAM  
PRAESIDE

IO.FRIDER.WERNHERO,D.

PANDECT. PROF. PVBL. CVR. PROVINC. ET SCABINAT.  
NEC NON FACVLT. IVRID. ASSESS.  
SVBST.

IN AVDITORIO ICTORVM

Prid. ID. APRIL cI, Icc XXXII.

PUBLICE VENTILANDAM PROPONET

CHRISTIAN ADAM BIRCKHOLTZ  
HOLZDORFFA-SAXO.

---

VITEMBERGAE  
LITERIS SCHLOMACHIANIS.